Per presens scriptum notum sit omnibus tam presentibus quam futuris qd ego ADEFONSUS DEI Gra Rex Castelle ⁊ Toleti una cum uxore mea Alienor Regina ⁊ cum filijs meis Ferrando ⁊ Henrrico concedo ⁊ confirmo Concilio Toletano. sicut fecit auus meus Rex ADEFONSUS bone memorie: qd omnes uille ⁊ aldee que sunt in termino Toleti siue sint mee: siue de apoteca mea. siue dni Toletani archiepi. siue ecclie sce Marie: siue Salue terre: siue hospitalis. siue milicie templi. siue ordinis de Veles. siue militis. siue cuiuscumque hominis: facienda faciant cum ciuitate Toleti. sicut faciunt ciues illius ciuitatis. Tamen excipimus ab hac generalitate Illescas que fuit ppria hereditas Imperatoris ⁊ Olmos ⁊ Ocaniam ⁊ Montalban cum suo termino que numquam hoc fecit. Veruntamen de uillis dni archiepi ⁊ aldeis ⁊ ecclie sce Marie. mandamus ita. qd pectam ⁊ facienda quam sup dicimus illos debere facere cum ciuibus Toletanis. faciant eam non per manum eorum. sed per manu hominis dni archiepi. qui colligat ⁊ det eam alcaldibus Toleti. Non enim uolumus qd alcaldes uel ciues Toletani habeant aliquam potestatem uel aliqua premiam sup homines archiepi ⁊ ecclie sce Marie. ⁊ cum ista pecta quam faciunt ciuibus Toletanis. sint liberi ⁊ imunes ab omni pecta ⁊ facienda Regis. Et si ego uel filius meus aut aliquis de gente mea uoluit aliam pectam uel aliam faciendam habere de hominibus supradictis dni archiepi ⁊ ecclie sce Marie: non teneant aliquam pectam uel faciendam facere cum ciuibus Toletanis. Siquis uero hanc cartam infringere uel diminuere presumpserit. iram dei omnipotentis plenarie incurrat. ⁊ cum Juda dni proditore supplicijs infernalibus subiaceat. ⁊ insup Regie parti mille aureos in cauto persoluat. ⁊ dampnum qd sup hoc intulit: duplicatum restituat. Facta carta apud Alarconem Era. M. CC. uigesima. Rege exp. iij. die febr: Et ego Rex A. regnans in Castella ⁊ in Toleto hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro ⁊ confirmo. Martinus Toletane sedis archieps hispaniarum primas conf.

Adericus Palentin eps conf.
Garsias Burgen eps conf.
Didacus Oxomen eps conf.
Rodericus Segontin eps conf.
Gondisaluus Secobien eps conf.
Petrus Abulen eps conf.
Julianus Conchen eps conf.
Johannes Calagurrit eps conf.



Aluarus nunij conf.
Rodericus didaci conf.
Gomicius petri conf.
Rodericus roderici conf.
Ferrandus aluari conf.
Nunius petri conf.
Guillelmus gonsalui conf.
Garsias roderici merinus Regis in Castella conf.

Dominicus dni Regis notarius Abbas Vallis oleti Didaco garsie existente cancellario scribi fecit.